# Boletín Oficial

DEL

# Obispado de Osma

**Año LVI. 27 de Diciembre de 1915. Núm. 23.**

SUMARIO: Obispado de Osma: Circular sobre la paz.—Secretaría de Cámara y Gobierno: Colecta de la Epifanía.—Alocución del Papa en el Consistorio último.—Motu Proprio de Su Santidad creando la nueva Congregación de Seminarios y Estudios – S. C. del Santo Oficio: Crucifijos indulgenciados de los soldados durante la guerra.—S. C. de Negocios Extraordinarios: Nueva invocación en la letanía lauretana.—Acción Católica Social: Aviso.—Dinero de S. Pedro: Colecta de Santiago (continuación).

## OBISPADO DE OSMA

### CIRCULAR

**Núm. 60.** **Por la Paz.**

Todo nos invita a pensar en la paz, cuando llegan las fiestas de la Natividad y de la Infancia del Redentor. Las palabras de la Sagrada Escritura, repetidas en los domingos del Adviento, nos anuncian la paz que el Mesías había de traer al mundo, y los ángeles cantan en la noche sacratísima de Belén aquel himno que enlaza en una misma estrofa la gloria de Dios en las alturas con la paz de los hombres de buena voluntad en la tierra. Jesucristo viene a la vida temporal como Príncipe de la Paz, siéntase en el regazo de la Reina de la Paz, recibe las adoraciones de los pastores que apacientan en la quietud del campo sus pacíficos reba-

ños, y hasta elige el silencio de la noche, cuando todo tumulto cesa, para mostrarse a los hombres en una cueva solitaria.

Gozaba entonces del bien de la paz toda la tierra, preparándose para recibir el Evangelio. Y cuando llegan hasta sus confines los discípulos del Salvador anunciando la Buena Nueva, en todas partes se evangeliza la paz. Dios había otorgado este don inefable en el Paraíso al primer hombre; nuestros primeros padres lo habían menospreciado, y el nuevo Adán se lo restituye al mundo con soberana largueza, pero dejando a su lado, como castigo y enseñanza, la terrible amenaza de la guerra. La paz resplandece desde entonces para los que ajustan su voluntad a los mandamientos de Dios; pero, cuando los preceptos divinos se quebrantan y se oye de nuevo el grito de rebeldía, cuando se apaga u oscurece la luz de la verdad cristiana y resurgen pavorosas las tinieblas del paganismo, la guerra, ministro de la justicia eterna, envuelve en sus horrores a los pueblos. Así ha acontecido en todas las épocas de la historia de la Iglesia, y así ocurre en los tristísimos días que alcanzamos, días de universal espanto, vestidos de luto, teñidos de sangre, envueltos en ayes dolorosos y bañados de lágrimas amargas.

El Papa, el admirable Benedicto XV, todo luz de fe y ardor de caridad, clama sin cesar, en medio de la universal contienda, atribulado su espíritu y dilacerado su corazón de padre, exhortando a las naciones, elevando plegarias continuas al cielo, y mandando a los fieles de Cristo que oren sin intermisión, para que brille de nuevo en el oriente el sol esplendoroso de la paz. Y a nosotros nos toca obedecerle y seguirle, hincarnos con él ante la cuna de Belén, y pedir con vivas ansias a Jesucristo, Rey Pacífico, una paz santa y duradera para el mundo dividido y ensangrentado.

Roguemos, pues, como lo desea el Papa, y en el próximo día 1.° de enero, octava de la Natividad del Señor, o en el de su magnífica Epifanía, acudamos solícitos al templo, y, unidos en espíritu de fervor y caridad, pidamos aquel beneficio inestimable para los pueblos que luchan, y para los que, como nuestra patria, se ven libres, por la divina misericordia, de la terrible conflagración europea. Roguemos por nuestros hermanos los pueblos beligerantes; pero roguemos también para que Dios ilumine a nuestro gobierno, a fin de que, afianzando y robusteciendo la neutralidad, en feliz hora decretada, aleje de España el horroroso azote de la guerra, que pasaría sobre nosotros como una maldición del cielo, segando vidas a millares y hundiendo nuestros campos y ciudades en abismos de miseria y de ruina.

Para estos fines ordenamos a nuestros muy amados cooperadores los Sres. Curas Párrocos, Ecónomos y Regentes:

1.° Que en uno de los días señalados, celebren una Comunión general en sus parroquias.

2.° Que después de la misa, recen con el pueblo en ese mismo día la oración *pro pace* compuesta por nuestro Santísimo Padre Benedicto XV y las preces indulgenciadas con fecha 5 de agosto último.

3.° Que, hasta el fin de la guerra, se añada a la Letanía Lauretana la invocación: *Regina Pacis, ora pro nobis.*

Burgo de Osma, 24 de diciembre de 1915.

† EL OBISPO

# Secretaría de Cámara y Gobierno

## Colecta de la Epifanía.

El próximo día de la Adoración de los Santos Reyes debe hacerse en todas las parroquias del orbe católico la Colecta para la Obra de la Abolición de la Esclavitud, en cumplimiento de lo dispuesto por Su Santidad León XIII, de feliz memoria, en su Encíclica de 20 de noviembre de 1890.

Su Excia. Ilma. y Rvdma. el Obispo, mi Señor, me manda recordarlo a los Sres. Curas Párrocos y demás Encargados de parroquias, a fin de que se cumpla en esta Diócesis la disposición pontificia. Las cantidades recaudadas deberán entregarse en esta Secretaría de Cámara y Gobierno.

Burgo de Osma, 24 de diciembre de 1915.

*Lic. José A. Castro Valcarce,*
Canónigo, Secretario.

# ALLOCUTIO SMI. D. N. BENEDICTI PP. XV

## in Consistorio secreto diei IV Decembris MCMXV

Nostis profecto quaenam obstiterint caussae, quominus amplissimum Collegium vestrum antehac in Consistorium convocaremus: quod si hodie tandem alicuando in huius dignitate aulae vos conspicere frequentes licet, non ideo licet quod ea sublata sint impedimenta, sed quia veriti sumus ne longior mora huius Romanae Curiae administrationi quidquam officeret. Non paucos enim ex Ordine vestro, alium ex alio, tum superiore anno tum hoc ipso desideravimus; si autem quovis tempore Romanus Pontifex consilia-

rios tam peritos adiutoresque tam fidos sibi eripi merito doluisset, at Nos vehementius talium de amissione virorum dolemus, qui hac turbulentissima aetate Ecclesiam Dei gubernandam suscepimus.

Iamvero cum, hoc sexdecim mensium spatio, tanta sit ruinarum deploranda moles; quamvis percrebrescant in animis almae pacis desideria, et pacem cum questubus tot familiae deprecentur; etsi nullum Nos officium praetermisimus, quod paci properandae componendisque discidiis esset aliquo pacto profuturum, hoc tamen exitiale bellum terra marique perseverant adhuc; dum miserrima Armeniorum gens prope ad interitum adducitur. Atque Litterae ipsae, quas ad belligerantes populos eorumque duces, post annum a bello inito, dedimus, etsi reverenter exceptae sunt, non eos tamen, qui in optatis erant, peperere fructus.

Quoniam autem vices in terris Illius gerimus, qui est *Rex pacificus* et *Princeps pacis*, facere non possumus, quin maiore in dies tot filiorum misericordia commoveamur, continenterque ad benignissimum Deum supplices tendamus manus, toto pectore efflagitantes velit iam cruentam dimicationem virtute sua profligare. Cuius mala cum studeamus, quantum in Nobis est, opportunis, ut nostis, allevare remediis, Apostolico officio nunc iterum impellimur suadere rationem, quae una ad huius belli restinguendum incendium possit conducere. Parandae enim illius pacis, qualem universitas gentium tantopere exposcit, quae iusta scilicet ac stabilis sit, non quae alterutri tantum parti prodesse videatur, ea profecto potest via felicem habere exitum, quam, in rerum temporumque condicionibus haud dissimilibus alias experiendo probatam, in iis, quas diximus, Litteris commonstravimus. Consiliis videlicet utrimque, vel per se vel per interpretes, collatis, suae cuiusque rationes atque optata, volentibus animis et sincera officii conscientia, aperte dilucideque alicuando manifestentur acurateque expendan-

tur, ita sane, ut quae iustitiae haud congruant, quae modum excedant, ea quidem tollantur e medio, cetera vero, pactis etiam ex aequo, si res ipsa postulet, compensationibus, admittantur. Per se patet, quemadmodum in quavis hominum controversia quae ipso eorum iudicio dirimi velit, illud plane requiri, utraque ex parte disceptantium, ut de susceptis propositis vel de praecepta utilitatum spe remittatur aliquid seu concedatur; eiusmodi vero, concessiones, vel cum aliqua iactura coniunctas, alteri libenter alteris impertiant necesse sit, si nolint id coram Deo et hominibus sibi noxae futurum, quod ista tam cruenta proeliandi immanitas, ad hunc diem inaudita, adeo producatur: qua quidem ex productione exsistere causae possint, cur Europa de illo humanitatis honestissimo gradu, quem ope christianae religionis attigerat, decidere incipiat.

Haec quidem de bello, habita populorum ratione qui tam magna calamitate implicantur. Quod si perpendimus, quaenam certamen istud universarum paene Europae gentium rei catholicae et Apostolicae Sedi importarit incommoda, nemo non videt quam gravia ea sint, a dignitate Romani Pontificis quam aliena. Iam alias, Decessorum Nostrorum exemplo, questi sumus, Romanum Pontificem in ea versari condicione, ut plena nequeat perfrui libertate, qua ad Ecclesiam regendam omnino indiget; verum, quem fugiat, id multo clarius apparuisse hoc tempore? Ea certe voluntas gubernatoribus Italiae non defuit, ut amoverent incommoda: at hoc ipsum plane ostendit, Romani Pontificis sortem a civili potestate pendere, eamdemque, mutatione hominum atque rerum, mutari posse atque etiam ingravescere; quam Pontificis condicionem, incertam prorsus et alieno obnoxiam arbitrio, eam esse quae Apostolicam Sedem deceat, nemo, prudens affirmaverit. Ceterum fieri non potuit, quin plures, eaeque graves, permanerent difficultates. Ut alia praetermittamus, illud satis sit animadvertere,

ex levatis exterorum Principum nonnullos, sui muneris ac dignatatis tuendae caussa, abire compulsos esse: quae re cum Sedis Apostolicae ius proprium et nativum ac necessarium quoddam praesidium deminutum vidimus, tum sublatum eidem ordinarium apprimeque idoneum instrumentum, quo ad pertractanda cum exteris civitatibus negotia uti solet. Quo in genere, maxime dolendum, eo usque res processisse, ut in altera partibus belligerantibus exoriri potuerit suspicio, Nos, necessitate quadam, in negotiis quae ad gentes inter se decertantes pertinent, sic iam nunc iudicare, sic agere, quasi iis morem gerentes quorum voces aures Nostras unicae attingant! Quid quod Nostrum difficilius evasit cum catholico nomine commercium, ac saepius impediti sumus ne de rebus permultis plene cognosceremus, quas quidem esse Nobis probecognitas magnopere intererat?

Videmur, Venerabiles Fratres, satis significasse, moerorem, quo angimur, sic augeri cotidie, quemadmodum in immensum crescit haec tanta trucidatio hominum, agrestioribus vix digna aetatibus, fitque eodem tempore Apostolicae Sedis condicio deterior. Neque dubitamus, quin vosmet ipsi, ut curas et sollicitudines Apostolici muneris habetis Nobiscum communes, ita Nobiscum utraque de caussa doleatis; immo etiam putamus christianum populum universum aegritudinem Nostram participare. Verum, cur concidamus animo, quando Princeps Pastorum Iesus Christus se Ecclesiae suae nullo tempore, nedum in afflicta adversaque fortuna, defuturum despondit? Fidenter igitur amantissimum humani generis Servatorem supplicibus adeamus precibus, quibus caritatis paenitentiaeque opera comitentur, si forte *dives in misericordia Deus* velit aerumnis, quibus hominum genus in praesenti premitur, finem quam primum imponere.

Sed, ut eo redeamus unde coepimus, ad supplendum amplissimum Ordinem vestrum, praestantissimos

viros dare vobis hodie socios atque adiutores deliberavimus. Ex utroque clero eos numero pares elegimus; elegimus ex iis qui vel domi episcopali munere vel commissis apud exteros Principes legationibus sunt egregie utiliterque perfuncti; ex iis denique elegimus, qui ni iuventute sancte instituenda praeclara cum laude elaborarunt et ad procurandam animarum salutem cum fructu incubuerunt: quos omnes pro certo habemus esse Nobis in catholica re provehenda sollerter sapienterque adfuturos.

Ii autem sunt:

IULIUS TONTI, Archiepiscopus tit. Anciranus, Nuntius Apostolicus in Lusitania;

ALFONSUS MARIA MISTRANGELO, Archiepiscopus Florentinorum:

IOANNES CAGLIERO, Archiepiscopus tit. Sebastiensis, Delegatus Apostolicus in America Centrali:

ANDREAS FRUEHWIRTH, Archiepiscopus tit. Heracliensis, Nuntius Apotolicus in Bavaria;

RAPHAEL SCAPINELLI DI LEGUIGNO, Archiepiscopus tit. Laodicensis, Nuntius Apostolicus in Imperio Austro-Hungaro;

GEORGIUS GUSMINI, Archiepiscopus Bononiensium.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Nostra, creamus et renuntiamus S. R. E. Presbyteros Cardinales

IULIUM TONTI
ALFONSUM MARIAM MISTRANGELO
IOANNE MCAGLIERO
ANDREA FRUEHWIRTH
RAPHAELEM SCAPINELLI DI LEGUIGNO
GEORGIUM GUSMINI.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis.

In nomine Patris † et Filii † et Spiritus † Sancti. Amen.

# ACTA BENEDICTI PP. XV

## MOTU PROPRIO

NOVA CONDITUR SACRA CONGREGATIO «DE SEMINARIIS ET DE STUDIORUM UNIVERSITATIBUS».

BENEDICTUS PP. XV

Seminaria clericorum usque ab initio tantae esse utilitatis ad Ecclesiae disciplinam visa sunt, ut patres Tridentini cum de iis constituendis in sessione XXIII, cap. XVIII decretum confecissent, affimare non dubitarint et sacrosanctam Synodum, hac re una peracta, si nihil aliud egisset, bene meruisse de Ecclesia, et ipsos communium laborum suorum pretium tulisse. Itaque ii sacrorum antistites, praeeunte quidem S. Carolo Borromaeo, ut a Concilio domum reversi sunt, atque omnes deinceps diligentissimi Episcopi, quos inter commemorandus est B. Barbadicus, Patavinae ecclesiae lumen, in reformatione vitae christianae curanda nihil habuerunt antiquius quam ut, hanc salutarem Concilii praescriptionem exsequentes, sacris Seminariis in sua quisque diocesi condendis operam darent, eaque condita optimis legibus instruerent. Apostolica vero Sedes quanti hoc ipsum facerent, praeclare ostendit non modo quum Seminarium romanum excitare maturavit, quod quidem praecipua fovere cura non desit, sed etiam quum propriam Cardinalium Congregationem constituit sacris Seminariis toto terrarum orbe tuendis.

Quod munus, etsi postea divisum partim Sacrae Congregationi Concilii, partim Episcoporum et Regu-

larium attribuerunt, nihil tamen Romani Pontifices de pristina Seminariorum cura remiserunt; quin immo vel dioecesibus post legitimas relationes consulendo, vel quorumdam, religiosorum sodalium leges approbando, vel episcopos Romam ex praescripto adeuntes allocuendo, nunquam non de Seminariis eorumque statu rationem habuerunt. In id maxime incubuit postremus decessor Noster sanctae memoriae Pius X, qui in Constitutione «*Sapienti Consilio*» de Romana Curia ordinanda, cum alia statuit, tum «*ea omnia quae ad regimen, disciplinam, temporalem administrationem et studia Seminariorum*» pertinerent, ei Sacrae Congregationi attribuit cui Summus ipse Pontifex praeest, et cuius est vigilare in ea «*quae ad singularum dioecesium regimen universim referuntur*», hoc est Sacrae Congregationi Consistoriali.

Verum cum apud hanc Sacram Congregationem negotiorum moles praeter modum excreverit, et Seminariorum cura maiorem in dies operam postulet, visum est Nobis ad omnem eorum disciplinam moderandam novum aliquod consilium inire.

Alias quidem, cum Romanae Curiae nova pararetur ordinatio, de peculiari S. Congregatione instituenda cogitatum est, quae Seminariis praesset; quod consilium cum temporum adiuncta prohibuerint quominus efficeretur, Nos revocandum censemus, non ita tamen ut tractatio rerum quae de Seminariis sunt, detracta ac omnino seiuncta a Sacra Congregatione Consistoriali habenda sit, cum unam et alteram Congregationem aliquo nexu velimus inter se coniungi.

Re igitur mature considerata, explorisque at aliquod Cardinalium sententiis, haec apostolica auctoritate decernimus ac statuimus quae infra scripta sunt.

I De Seminariis propria iam esto Sacra Congregatio ad formam ceterarum Romanae Curiae, ad eamque omnia pertineant quae usque adhuc de Seminariorum rebus apud Congregationem Consistorialem ageban-

tur, ita ut eius posthac sit clericorum tum mentes tum animos fingere.

II. Huius Sacrae Congregationis muneribus munera accedant Congregationis Studiorum; itaque haec eadem Congregatio «De Seminariis et de studiorum Universitatibus» appelletur.

III. Praefectus huius Congregationis unus esto e S. R. E. Cardinalibus: cui secretarius cum idoneo administrorum numero operam navet.

IV. Qui Sacrae Congregationi Praefectus dabitur, is ex officio inter S. Congregationis Consistorialis Cardinales numerabitur: qui Secretarius, inter Consultores. Vicissim autem Cardinalis novae Congregationis ex officio cooptetur, et Adsessor inter Consultores.

V. Qui in praesens inter Sacrae Congregationis Studiorum Cardinales numerantur, iidem novae *de Seminariis et de Studiorum Universitatibus* Congregationi ipso iure adscripti censeantur. His accedet Noster in spiritualibus Generalis Vicarius, durante munere.

VI. Leges pro Seminariis tum dioecesanis tum regionalibus, a decessore Nostro sanctae memoriae latas a Nobisque approbatas, in omnes partes diligenter servari volumus et iubemus, ita ut in Seminariorum regimine, disciplina ac studiis nihil immutatum censeatur.

Haec statuimus et praecipimus contrariis quibuslibet, etiam peculiari mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die IV novembris MCMXV, in festo S. Caroli Borromaei de clericis Ecclesiae instituendis praeclarissime meriti, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP XV.

# SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

(Sectio de Indulgentiis)

## DECRETUM

CONCEDITUR FACULTAS APPLICANDI CRUCIFIXIS INDULGENTIAS VIAE CRUCIS IN FAVOREM MILITUM, DURANTE BELLO.

*Die 11 novembris 1915.*

Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne concedere dignatus est, ut Sacerdotes omnes, qui militibus terra marive, hac perseverante belli vastitate, spiritualibus exhibendis subsidiis, assistunt, valeant Crucifixos ex metallo aliave solida materia confectos, unico signo crucis benedicere, eisque indulgentias applicare Pii Exercitii, a S. Via Crucis nuncupati, ab iis militibus, durante eodem bello, lucrandas, qui aliquem ex praedictis Crucifixis manu gerentes, quinquies *Pater*, *Ave* et *Gloria* devote recitaverint, ni viginti, alias praescribi solitas, eiusmodi preces recitare potuerint.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. Card. Merry del Val, *Secretarius.*

L. ✠ S.

† Donatus, Archiep. Ephesin., *Adsessor S. O.*

# SACRA CONGREGATIO PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

DE INVOCATIONE ADDENDA POSTREMO LOCO IN LITANIIS LAURETANIS

*Ex Audientia Ssmi die 16 novembris 1915.*

Episcopi complures, nomine etiam cleri populique sui, supplices Apostolicae Sedi preces adhibuerunt, ut

decernere vellet, in Litaniis Lauretanis, post invocationem *Regina Sacratissimi Rossarii, ora pro nobis*, hanc adiici: *Regina pacis, ora pro nobis,* quo facilius christianus populus, interposita sic Beatissimae Virginis deprecatione, optatissima pacis munera impetraret. Cum hac de re ad SS. D. N. Benedictum divina providentia Papam XV infra scriptus S. Congregationis a Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis Secretarius pro officio retulerit, Beatissimus Pater, eorundem Antistitum populique iis commissi votis obsecundare cupiens, omnibus Ordinariis potestatem benigne facit, ex qua, pro sua quisque diocesi, permittere possint ut in Litaniis Lauretanis recitandis quoad praesens hoc bellum duraverit, postremae Reginae Sacratissimi Rosarii invocationi ea quae sequitur, subiiciatur: *Regina Pacis, ora pro nobis*

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die, mense et anno praedictis,

Eugenius Pacelli, *Secretarius.*

# Acción Católico-Social

## AVISO IMPORTANTE

Deseando que todos los Sindicatos fundados en esta Diócesis se hallen en condiciones de ser incluidos por el Banco de España en sus listas de crédito, para lo cual se refiere la Real orden del Ministerio de Hacienda, en la que se les reconozca como tales Sindicatos, e ignorando la Dirección diocesana cuantos y cuales Sindicatos han obtenido la Real orden mencionada, ruégase a todos los Sres. Presidentes y Consiliarios, que, a la mayor brevedad posible, se sirvan

mandar al Sr. Director de Acción social diocesana y Magistral de esta S. I. Catedral una nota con las indicaciones siguientes:

1.ª Nombre del pueblo y título del Sindicato,

2.ª Día, mes y año en que fué constituído.

3.ª Fecha de su aprobación por el Gobernador Civil, o sea, día, mes y año de su inscripción en el Registro especial de Sindicatos.

4.ª Si tienen o no la Real orden aprobatoria de Hacienda y, en caso afirmativo, día, mes y año en que fué firmada.

Teniendo en cuenta la importancia del asunto, es de esperar que los Señores a quienes el presente Aviso se dirige no demoren la contestación a las preguntas.

## DINERO DE SAN PEDRO (1915)

### COLECTA DE SANTIAGO

| | Ptas. | Cts. |
|---|---|---|
| *Suma anterior*......... | 1.121 | 91 |
| D. Félix Rubio Velilla, idem de Quiñonería.......... | 2 | 45 |
| » Celestino Zamora, idem de Quintana Redonda.... | 2 | 85 |
| » Eloy López, idem de Quintanilla Nuño Pedro..... | 2 | 45 |
| » Teodoro Sancho, idem de Quintanilla de Tres Barrios .............................. | 2 | 60 |
| » Valentín Peña, Regente de Pobar............... | 1 | 80 |
| » Angel Antón, Párroco de Paredes Royas ........ | 2 | 60 |
| » Pablo López, idem de Peñalcazar ............. | 2 | 45 |
| » Casto Moñux, idem de Peroniel................ | 2 | 60 |
| » Juan José Romero, idem de Pinilla del Campo.. . | 2 | 45 |
| » Francisco Madrid, idem de Peñalba de Castro.... | 2 | 60 |
| » Casimiro Encabo, idem de Palacios de la Sierra.. | 4 | » |
| » Julio Aguilera, idem de Peñacoba.... ........... | 2 | 60 |
| » Alfonso Nebreda, idem de Pinilla de los Barruecos. | 2 | 85 |
| » Blas Lusilla, idem de Peñaranda................ | 4 | |

D. Eusebio P. Medina, Coadjutor de idem.......... 1 65
» Angel Ruiz-Zorrilla, Párroco de Pinillos de Esgueva.............................. 2 85
» Dióscoro Berrueco, encargado de Pinilla Trasmonte .............................. 1 80
» Damián Gonzalo, Párroco de Pedrosa........... 2 85
» Ildefonso Rupérez, ídem de Quintonamanvirgo.... 2 85
» Cesáreo M. Valmaseda, Ecónomo de Quemada... 2 85
» Faustino de Grado, Párroco de Quintana del Pidio. 3 30
» Cándido Orcajo, idem de Quintanarraya......... 2 85
» Bonifacio García, idem de Serón................ 3 40
» Faustino Frías, idem de Salduero..... ........ 2 60
» Raimundo Gómez, idem de S. Andrés de Almarza. 2 60
» Victor Pérez, idem de Santervás de la Sierra..... 2 45
» Julián Ballestero, idem de El Espino de Soria..... 4 »
» Julián Garcés, Ecónomo de La Mayor de idem.... 2 50
» Hermilio de la Orden, Coadjutor Regente de S. Juan de idem.............................. 2 »
» Federico Esteban, idem de El Salvador de idem.. 2 »
» Alfredo Robles, ídem de San Clemente de idem... 2 »
» Saturio Sáenz, Coadjutor de El Espino de idem... 2 »
» Simón de la Orden, idem de La Mayor de idem... 2 »
» Gregorio García, idem de San Pedro de idem.... 2 »
» Cándido Ramos, Párroco de Las Casas de Soria.. 2 15
» Eduardo Marco, idem de Sotillo del Rincón...... 2 85
» Venancio Maeso, idem de Suellacabras......... 2 60
» Agustín Pastor, idem de Santa María de las Hoyas 2 85
» Teodoro Pérez, idem de Santiuste.............. 2 60
» Laureano Lafuente, idem de San Leonardo...... 3 40
» Agapito Izquierdo, idem de S. Esteban de Gormaz 4 »
» Lorenzo Contreras, Coadjutor Regente del Ribero de idem.............................. 2 »
D. Juan Barreira, idem de San Miguel de idem....... 2 »
» Tiburcio Cabezudo, Párroco de Sotos del Burgo.. 2 70
» Francisco Alonso, idem de Soto de San Esteban.. 2 60
» Juan Gómez, idem de Talveila.................. 2 15
» Emilio Esteban, Ecónomo de Torralba.......... 2 85
» Ladislao Larranz Párroco de Torreblacos........ 2 60
» Crispin Carazo, Ecónomo de Tardajos.......... 1 80
» Eustasio Martínez, idem de Tajueco............ 2 60

| | |
|---|---|
| D. Félix Nuño, idem de Torreandaluz........ | 2 60 |
| » Francisco Soria, idem de Tordelcuende........ | 2 35 |
| » Mariano Rupérez, idem de Tardesillas.......... | 2 45 |
| » Lorenzo Ayuso, idem de Tera................. | 2 60 |
| » Rufino Gómez, idem de Torrearévalo........... | 2 60 |
| » Domingo Lozano, idem de Tozalmoro........... | 2 60 |
| » Fermín Martínez, idem de Tajahuerce.......... | 2 15 |
| » Ramón Modrego, idem de Torrubia............ | 2 60 |
| » Francisco Uriel, ecónomo de Torlengua........ | 1 80 |
| » Laureano Romero, Párroco de Tejado,......... | 2 60 |
| » Buenaventura Romero, idem de Torregalindo..... | 2 85 |
| » Julián Marcos, idem de Tovilla de Lago......... | 2 85 |
| » Casimiro López, idem de Valdezate............ | 3 40 |
| » Niceto de la Cámara, idem de Valcabado....... | 2 45 |
| » Manuel J. Garcia, idem de Villatuelda.......... | 2 60 |
| » Angel Hernando, idem de Villovela............ | 2 85 |
| » Damian Gonzalo, idem de Villaescusa......... | 1 » |
| » Prudencio Ortego, idem de Vadocondes........ | 3 30 |
| » Casimiro Alonso, idem de Valdeande .......... | 2 85 |
| » Pedro Andrés, idem de Valdanzo ............. | 2 85 |
| » Ramón Alvarez, idem de Villalba de Duero...... | 2 85 |
| » Manuel de Diego, idem de Villanueva de Gumiel.. | 2 85 |
| » Martín Baños, idem de Villalvilla.............. | 0 60 |
| » Cipriano Martínez, idem de Pozalmuro......... | 3 40 |
| » Benigno Pascual, idem de Vilviestre del Pinar.... | 2 85 |
| » Félix Tamayo, idem de Villanueva de Carazo.... | 2 60 |
| » Juan M. Ciriano, regente de Villaseca de Arciel... | 1 » |
| » Laureano Romero, Párroco de Villanueva de Zamajón.............................. | 1 50 |
| » Francisco Pinilla, idem de Valtueña............ | 2 60 |
| » José María Andrés, idem de Valdeavellano de Tera.................................. | 3 40 |
| » Gabino Hortelano, idem de Valdegeña......... | 2 60 |
| » Domingo Zamora, idem de Velilla de la Sierra.... | 2 70 |
| » Leonardo Calvo, idem de Ventosa de la Sierra ... | 2 35 |
| » Nicolás Delgado, idem de Ventosa de Fuentepinilla.................................. | 2 45 |
| *Suma y sigue.........* | 1.337'61 |

Burgo de Osma.—Imp. y Lib. de Jiménez.